



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

VI. De obligatione contractus in diem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

cap. si caucio de fe lo inst rumator. & alii quos refert, & sequitur Anton. Gomez. 2. resolut. cap. 11. num. 3. & 4. plures referens Gutierrez. de iuram. cap. 47. num. 9.

Supradictis non derogat nostri regni constitutio, neque enim apparet promittentem abique causa se voluisse firmiter obligari, sed solum obligari iuxta naturam actus, & dispositionem iuris. Cum igitur iure cautum sit, promissionem sine causa obligationem inducere infirmam, quae exceptione doli mali eligi potest, nostri regni constitutio hanc dispositionem non immutat. Solum enim intendit solemnitate verborum iure civili pro contractu stipulationis inducendam tollere, & simpliciter promissionem concedere, non autem obligationem superaddere. Vt bene comprobatur Anton. Gomez. dicto capite. 11. numer. 1. Matienzo. leg. 2. Gloss. 1. num. 8. tit. 16. lib. 5. compilar. Ioanni. Gutierrez. de iuram. 1. p. cap. 47. num. 4.

12 Duplex superest difficultas. An contractui puro obstat obligatio multiplicata? Breuiter respondeo, si nomine contractus puri simplex & vnicus intelligitur manifestum est, multiplicatam obligationem obstat. Nam cum obligatio contractum constituat, vel illius sit intima affectio, multiplicata obligatione contractum multiplicari necesse est. At si nomine puri contractus intelligatur (vt intelligi debet) qui nulla apposita conditione, demonstratione, modo & causa celebratus est: puro contractui nullatenus obstat obligationum multiplicata, sed quod fuerint obligationes, tot erunt censendi contractus. Contingit autem saepe sub vna forma, & indiuisibili forma physica stipulationis, emptionis, depositi, commodati plures contractus, & obligationes contineri. Si enim plures res diuersas leges, stipuleris, deponas, accommodes diuersoque pretio emas, plures celebras contractus, & distinctas obligationes suscipis iuxta rerum distinctionem. Vt conuincat ex leg. scire debemus legitima. §. fin. leg. vbi autem non apparet. §. penult. leg. quod dicitur. 1. ff. de verborum obligationibus. leg. quia dicitur. ff. de euersionibus. & §. quoribus instituit. de iur. iudic. stipulationibus. Nam licet stipulatio, emptio, & venditio quoad verba vnica sit, virtute est multiplex, & moraliter diuiditur, & partitur secundum sui obiecti diuisionem. Quae ratio si sub vnica clausula plures res diuersas Titio leges, pura legata constituitur. leg. si ex vero. §. fin. ff. de legatis. 1. Quorum vniam poterit Titus acceptare alio repulso, quod secus esset si vniam esset legatum, vt deciditur leg. 2. & §. leg. ff. de legat. 2. Sicuti si sub vna scriptura plura testamenta, vel contractus comprehendas, omnia illa solemnizabis at si cuilibet contractui & testamento sua scriptura apponere. vt colligitur in dicta lege scire debemus. ff. de verborum obligationibus. leg. o quod multis. Cod. si eorum petatur. Et idem est cum tutor suam auctoritatem interponit pluribus causis diuersis. leg. accipimus. ff. de auctoritate tutorum. Et procurator comparat pro pluribus Dominis, & Superior pro rebus diuersis licentiam vnico verbo concedit, & tandem iudex vnica prolatione plures res diuersas iudicat, vt praxi compertum est.

13 Refert vero maxime agnoscere, an plures, an vnicus contractus sub eadem forma contineatur? Nam vt inquit Anton. Gomez. dicto capite. 11. numer. 15. Si plures sint contractus & gabella ex quolibet contractu debeatur plures gabellae debeant. Secus si vnicus tantum contractus sit, Item si plures res vnico pretio in emphyteusiam emas, & vniam ex illis rebus indebit alienes, omnibus priuatis, quia ratione vnitas pretij vnicus est contractus. Secus esset si diuerso pretio emphyteusiam constituta esset.

Deinde in venditione plurimum rerum, si vnico pretio venditio celebratur, non poteris aduersus vniam rem rehibitoriam actionem intentare, & non aduersus omnes, secus si diuerso pretio venditio facta esset. Ad idem est, si venderes plures res diuersas cum pacto de retro vendendo vnico pretio, nequires vniam sine alia redimere, quia est vnicus contractus, secus si pretio distincto vendidisses. Item cum vnicus est contractus nequit inuito creditor soli debitum ex parte sed necessario integrale est solvendum, secus si contractus multiplicentur. Denique inquit Anton. Gomez. d. n. 15. Si ex mandato exequendi iudici certum salarium comperat, & sub vno mandato, & subscriptione plura debita contineantur, pro quolibet debito integrum salarium accipere poterit.

14 Secunda difficultas. An actio, & obligatio orta ex contractu puro transeat ad haeredes tum promittentis, tum promissarii? Certa resolutio est transeat ad haeredes. Vt colligitur ex leg. haeres, & haereditas. ff. de vscapionibus. leg. in omne ius. ff. de acquir. haereditate. leg. 1. & §. seqq. Cod. de haereditar. actionibus. leg. si patrum. ff. de prolationibus. & alii. Ratio est, tum quia haeredes personam defuncti representant, ac proinde succedunt in eius iura, & obligationes. Tum quia contraheutes & sibi & haeredibus consulere intendunt. Quod adeo verum est, vt nisi in contractu expresseris ne actio & obligatio ad haeredes transmittatur, ipso iure abique alia expressione transmittitur. Transmittitur autem actio & obligatio ad haeredes cum eiusdem qualitatibus, ac erat apud defunctum quia ex persona haereditum non immutat conditio actionis, & obligationis. Vt habetur leg. 2. §. ex his ff. de verbor. obligationibus.

15 An autem ex sola dictionis taxatiua appositione vel ex parte

creditoris, vel ex parte debitoris. Vt si dicas: ego tantum vel tibi tantum promitto centum, haec haereditum exclusio inducatur? Non est constans sententia. Nam Balus in leg. finali. Cod. de actionibus. empiri. num. 5. & Paul. de Castro in dicta leg. stipulatio. numer. 4. ff. de verborum obligat. & ibi Roman. numer. 7. censent adhuc haeredes non esse exclusos, quia illa dicitio taxatiua non ad excludendos haeredes, sed ad excludendos extraneos videtur apponi, fauetque textus in dicta leg. stipulatio, & leg. necessarias. §. de vendendo ff. de pignorat. act.

Sed rectius docuerunt contrarium Bartol. Paul. Angel. in leg. qui in futurum. §. fin. ff. de Pactis. Alexand. Iason, & alii quos refert, & sequitur, Anton. Gomez. dicto capite. 11. num. 1. eo quod illa dicitio taxatiua solum censenda est apposita ad exclusionem illorum qui per se veniunt ad successionem, non ad successionem eorum qui per se sunt exclusi, vt sunt extranei, esset enim appositio superflua, & inutilis Neque contrarium probat dicta lex stipulatio, quia ibi non apponitur dicitio taxatiua, & licet in leg. si necessarias apponatur, quia non apponitur ad contrahebentibus, sed a lege, mirum non est quod non excludantur haeredes, sed extranei.

Praedicta intelliges de actione, & obligatione circa rem transmissibilem ad haereditem. Secus vero si ex re transmissibili non sit, vt est vusufructus: nam eo casu mortuo vusufructuario finitur actio & obligatio. §. finitur in fin. de vusufructu. & leg. 3. §. fin. ff. quibus modis vusufructus amittit. dicta leg. stipulatio. §. si quis ita ff. de verborum obligationibus. Quod si velles eo casu ad haeredes actionem transmitti, oportet vt id exprimas, in qua expressione, & extensione verba stricte interpretanda sunt, vt potest quae rem a sua natura extrahat, ideoque si vis vt rem non solum ad primos haeredes, sed ad omnes in infinitum transmittatur non satis erit si haeredes absolute nominas, quia tunc ad solos primos haeredes transmittitur iuxta leg. antiquitas. Cod. de vusufructu, sed oportet vt in concessione exprimas omnes haeredes ex d. l. g. stipulatio ista.

PUNCTUM VI.

De obligatione contractus in diem.

- 1 In diem certum, vel incertum institui contractus potest.
- 2 Ex contractu in diem certum statim obligatio nascitur.
- 3 Promissio in diem mortis censenda est promissio pura, & in diem certum.
- 4 Promissio, seu legatum ex vusufructu, & aliis ad haeredes non transmittendis ante diem signatum neque actionem, nec obligationem inducit.
- 5 Explicatur de quo tempore promissio intelligenda est, cum in tempus certum exequenda remittitur.
- 6 Quid cum in tempus incertum.
- 7 Iudicium fertur de quadam restrictione a Doctoribus apposta.
- 8 Diuersi effectus oriuntur ex obligatione in tempus certum, vel in tempus incertum.
- 9 Si in diem certum debitor sit potes condemnari, vt soluas ante tempus signatum, tamen si tu exceptionem temporis opponere possis.
- 10 Secus si in diem incertum debitor sis.
- 11 In debitor ad diem certum adueniente die constitutus est in mora.
- 12 Si debet ad diem certum, potes ante diem soluere.
- 13 In quibus conueniat debitum ad diem certum, cum debito ad diem incertum.

Contractus inter viuos, & in vltima voluntate institui potest exequendus in diem certum, vel incertum. v. g. promittis, vel legas centum Titio in diem Paschatis, vel cum nauis ex India venerint.

Si promissio, seu legatum, fuerit in diem certum, confestim obligatio nascitur, quae ad haeredes tum creditoris tum debitoris transmittitur suspensa executione rei promissae, seu legatae vsque ad tempus definitum. leg. si dies appositus. leg. si post diem. ff. quando dies legati cedat. leg. Sempronius in princ. ff. de vusufructu legato. & leg. vnica. §. cum igitur. Cod. de caduc. tollendis.

Ob quam causam creditor, seu legatario competit actio petendi debitum, etiam antequam dies signatus adueniat, quia verum debitum est: quia eius executio non est debita ante illum diem exceptione repelli potest. leg. cedere diem. ff. de verborum significat. leg. stipulatio ista. §. inter incertum. leg. continuus. §. cum ita. leg. comestimus in princ. ff. de verborum obligationibus. leg. 1. §. cum dies. ff. de condit. & demonst. §. omnis in fin. de obligationibus. lege regia. 14. tit. 11. part. 5. & tradunt Glossa. Bart. Alberic. Angel. Salicet. & ferè omnes, prout docet Anton. Gomez. 2. 1. variat. de iur. capite. 11. numer. 17. Mol. disputat. 201. Paul. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tractat. 4. cap. 4. numer. 1.

Anton. Gomez. aliis relatis dicto capite 11. numer. 21. vers.

quod tamen primo limita negat promissionem, seu, legatum in diem mortis esse legatum in diem incertum, & conditionale, quia incertum est quando mors obvenitur sic: at verius existimo esse legatum, & promissionem puram, & in diem certam, quia satis est esse certum diem mortis obvenitur esse, tamen si ignoretur quando obvenitur sit. Vt expresse cauetur leg. 1. §. cum dies. *ex leg. haeres meus ff. de conditionibus & demonstracionibus. ibi. Haeres meus cum morietur. Titius centum ei dato, futurum legatum est, quia non conditio, sed mora suspenditur non potest enim conditio non existere.* Atque ita tradit Glossa in leg. unica. Cod. *ut actioes ab haeredibus, & contra haeres incipiant.* Molina. *disputat. 205. post prin.* Layman. *loco citato.* Quod verò subiungit Molina, si testator dicat haeredi in die qua morietis tradatur Petro centum esse legatum conditionale, & in diem incertum, quia incertum est quando haeres morietur sit, fierique possit ut legatarius prius moriatur quam haeres, cum tamen legatum illud impliciter videatur habere conditionem, si Petrus haeredi superaverit *ex leg. 1. §. dies autem. ex leg. haeres meus. ff. de condit. & demonstrat.* mihi difficile est, neque videtur consequenter dictum. Nam ut constat *ex dicta leg. haeres meus,* satis est ad legatum purum quod dies eius executioni assignatus certo futurus sit, tamen si quando futurus sit incertum. Quod verò possit contingere, ut legatarius ante heredem moriatur, non impedit legati puritatem, sicut non impedit cum testator dixerit haeredi, ut traderet Titio centum cum morietur. Quo casu videbatur supponere Titium haeredi superatum & licet contrarium evenerit possit non obinde legati puritas impediri.

4. Cum dicimus ab ipso contractu orti actionem & obligationem rei promissa, seu legata in diem certum, suspensa illius executione usque ad diem destinatum, intelligere debes de rebus ex sui natura ad haeres transmittendis: nam si promissio, seu legatum sit de usufructu, de usu, de habitatione, de alimentis & aliis similibus quae ex se non sunt ad haeres transmissibilia, si haec inquam promittas in aliquem diem certum scilicet Sancti Ioannis, promissio seu legatum non erit purum, sed conditionale: ac proinde ante diem signatum neque obligatio, neque actio nascitur, neque ad haeres transmittitur, sed omnino evanescit promissio, & legatum mortuo promissario seu legatario ante designatum diem habebitur expresse. *leg. 1. fin. vers. fin. ff. quando dies usufructus legari cedat. ibi. Donique scauola ait agentem ante diem usufructus nihil facere: & docet Glossa ibi. Bart. in leg. ita stipulatus. num. 38. q. 2. princip. Pynus. leg. unica. Cod. ut actio ab haeredibus, & contra haeres incipiat. col. 2. & 4. Bald. ibi col. 2. & alii, quos refert & sequitur Ant. Gomez. dicto r. 2. variar. cap. 11. num. 22.* Ratio est quia haec res intransmissibiles persona adhaerent; contingere autem potest ut persona pereat, antequam dies adveniat. Ergo actio, & obligatio harum rerum ante diem signati aduentum, effectum non habet, ne plerumque iniuris, & frustra fit.

5. Porro dubium est cum promissionem, seu legati executio in tempus certum remittitur de quo tempore intelligenda sit? Et quidem si promittas pro calendis Maij, vel die Pascharis absolute, de solo primo, & proximo intelligi obligatio debet. Ut deciditur in leg. eum qui calendis. ff. de verborum. obligationibus. Si vero promittes, vel legates Titio centum donanda ante calendis Maij satisfacies obligationi si in ipsis calendis donares, quia intelligitur facta promissio antequam calendis finirentur. *ex lege qui ante calendis. ff. eodem titulo.* At si promittes ea centum Titio aliquando daturum, dare debes cum tibi fuerit ab eo expositularum; quia cum nullum tempus solutioni designatum sit, arbitrio Titij videtur remissa designatio. Vt habetur. *leg. rego. ff. quando dies legari cedat.* Quod si promittas dare infra annum, vel mensem regulariter ante vitimum diem anni, vel mensis non tenentur *ex leg. qui hoc anno. leg. eum qui certarum. ff. de verbor. obligacionibus. & §. qui hoc anno infra. de inutilibus stipulationibus.* quia in dabo tempus solutioni adiectum in fauorem debitoris, & non creditoris appositum censeri debet. *iuxta leg. stipulatio ista. §. inter certam. ff. de verborum obligationibus. Dixi regulariter:* nam si praedictae promissioni aliqua verba adderes indicantia dilationem voluntati Titij tenuisti. Vt si diceres promitto centum Titio ab ipso infra annum percenda, cum primum ipse Titius petierit solui debent. *ex leg. si ita fuerit libertas. ff. de manum. restamento. & docet Bart. in leg. qui hoc anno. ff. de verbor. obligat.* Ant. Gomez. *dicto. cap. 11. numer. 27.* Et idem est si indicatis promissionem factam esse occasione alicuius necessitatis infra illum annum futurae, eo ipso tenentur se luere obueniente illa necessitate, alias intento non satisfacies. Vt colligitur. *ex leg. nec semel. §. si in habitatione. ff. quando dies legari cedat.* & tradit Bart. & Anton. Gomez. Aliis relatis supra. Ad idem reduci debet quoties promissio, seu legatum pro singulis annis ferret, quia videtur factum in alimentum pro illo anno, ac proinde illius solutio non finem anni expectare debet, sed potius initium, sicque in initio peti potest, & solui debet. *leg. 1. Cod. quando dies leg. cedat. leg. in singulos. vers. illud. ff. de annuis legatis. & ut si ita infra. de stipulac. seruorum, & tradit ex communi sententia Ant. Gom. supra. Layman. dicto lib. 3. sect. 5. tract. 4. cap. 4. numer. 1.*

E contra si possessionem, vel legatum in diem incertum vellet. Vt si dicas promitto, vel lego Titio centum cum Episcopo parum obtineat, cum naues ex India venient quouque Episcopo neris, neque aduersus te promissarius aut legatarius, agere poterit quia die incertum vocem conditionis inducit, ac proinde obligationem suspendit. Vt habetur expresse. *leg. stipulatio ista. §. inter certam. ff. de verbor. obligat. leg. 1. §. dies. & leg. quibus diebus. §. quidam. ff. de condit. & demonstrat.* & docet omnes iuris. Gomez. *dicto. cap. 11. numer. 21.* Mol. *1. 1. disputat. 205. & 1. 1. disputat. 284.* Gutier. *conf. 17. numer. 2.* Matuzco. *leg. 1. §. 1. 17. n. 7. tit. 4. lib. 3. non collect.* Est enim sensus illius dispositionis. *Leg. Titio centum si episcopatum obtineat si naues ex india venierint.*

Temperant autem praedictam conclusionem Molina. *disputat. 205. circa med. Paul. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. cap. 4. numer. 2. & fauet Rebel 2. p. de obligat. infra. lib. 18. quest. 4. Med. de usufructu quest. 24. §. unde etiam. c. p. ne procedat cum dotalio in tempus incertum gratiarum donatum, seu legatum apponitur. Vt si puella donares, seu legares centum tradenda cum nupteriis. Non enim videres vellet ut donatio, seu legatum dependeat ex mari nonij susceptione. Ceterum in hac re distinguendum censet, si tempus illud incertum matrimonij susceptione afficiat substantiam dispositionis, ut si dicas. *Leg. vel deo centum puella cum nupteriis,* existimo dispositionem relictam conditionalem praestari enim hunc sensum. *Denur puella centum si matrimonium susceperit.* At si tempus illud incertum non afficiat donationis, seu legati dispositionem, sed illius praestacionem, ita ut donatio, seu legatum facta fuerit prius absolute; postmodum dictum fuerit, ne dentur praedicta centum quoties postquam nupteriis, eo casu dispositio pura est, & confectum ortum obligatio, & ad haeres legatum, seu donatio transmittitur, quia tunc tempus illud appositum, modus est executionem dispositionis spectata non dispositionem. In dubio autem incertum temporis donationi, seu legato appositae, censenda est ipsius donationis, seu legati dispositionem afficere, praeterea quae dispositionem conditionalem.*

Diversi longe eff. etus promanant ex dispositionibus in tempus certum, ac ex dispositionibus in tempus incertum. Nam si debitor es in tempus certum, potest debitor aduersus te actionem debiti intentare, tamen tu illum exceptione temporis non dum decursi repellere possis. At si debitor sit in tempus incertum, nequis a creditore vireti ante temporis decursum. *leg. rebus. ff. de verborum significacione.* Quod si de factis rebus, tamen tu taceas repelli a iudice debet, vt potest qui malo iure agendi potest, & ocaaso est irritum, & illud ortum faciendo iudicem. Nam vt recte inquit Glos. *1. 1. ff. de obligat. sententia lata super nulla vel inepta actione, est ipso iure nulla.* Excepit nisi pendente iudicio conditio exierit, nam eo casu acta omnia, alias nulla conualescunt, eo quod ius agendi quod a forti competet postea conditione ortum habet ex valore contractus, quod fuit ante litem contestatam, quod ius impeditum erat, dum conditio non apponebatur. Quoties autem ius agendi est impeditum litis contestationem ante crediti remoto impedimento, omnia ab illo iudicio facta confirmata argum. *leg. quod si in diem. ff. de per. & hereditaria. & leg. si rem aliam. §. fin. ff. de signoratio in actioe, & ibi Bart. & tradit Ant. Gom. d. 1. cap. 1. n. 24.*

Secundo si debitor sis in diem certum, & creditor solutio te agat antequam dies adueniat, tu vero exceptionem temporis non opponas, poteris condemnari vt soluas, quia absolute debes. Sed an debeas condemnari vt statim soluas, vel in tempus designatum? Respondet optime Anton. Gomez. dicens si dies certa appositus fuit in ipso contractu, quia pecuniam creditor tali tempore soluendam promissisti, aut in continentem post contractum cum creditore conuenisti, ne ante illud tempus debitum a te exigere condemnari nullatenus potest, vt statim soluas, sed vt soluas tempore designato, quia designatio temporis pars est contractus & obligationis, ac proinde nequit a iudice diuidi. Vt colligitur aperte. *ex leg. 1. vers. nam dies. ff. de edendo.* Si vero ex interuento post obligationem absolute contractum soluendi nouum cum creditore pactum iniures, ne ante illud tempus a te debitum exigi possit, potest vique index niens prioris contractus obligationem, te ad solutionem statim condemnare, dum tu non allegas pactum denuo initum, vt probat. *§. appellatione. vers. comparat. in fin. de exceptionibus.* Secus autem est in debito ad diem incertum, ante illius aduentum nequis est nullam exceptionem opponere condemnari vt soluas, quia esset condemnatio irrita vt potest iudicata in actione nulla. Et colligitur *ex leg. non quemadmodum. ff. de iudiciis.*

Tertio indebitis ad certum diem adueniente die constitutus es in mora si non soluas, quia dies ille non est designatus pro obligatione inducenda, sed pro obligatione exequenda. *leg. de gram. Cod. de committenda stipulac.* Contra euent in debitis ad diem incertum, quia eo adueniente contractus obligationem, nequis ergo in mora constituitur, *leg. quod dicitur. ff. de solucione. & §. fin. infra. de inutilibus stipulac. & tradit Ant. Gom. d. 1. in eadem. numer. 25.*

Quod

11. Quarto si debeat ad diem certum, potes ante diem solvere creditore invito (nisi in eius gratiam dilatio solutionis concessa fuerit, quod non presumitur) quia solus debitor, & solutionis delatio in tui fauorem creditur apposta. Secus est si ad diem incertum debeat, quia nequit creditor illud accipere, vt potest sibi non debitor. *leg. stipulatio ista. §. inter certam ff. de verb. obligat. leg. quod in diem. ff. de solutionib. leg. cum tempus ff. de regulis iuris.* Facta vero solutione si debitor es ad certum diem nequis repetere, esto ex errore iuris; vel facti soluisse, quia vere soluiti debitorum. *leg. in diem. ff. de condit. indubit.* Secus si ad diem incertum debeat; quia vsque dies adueniat non debes *leg. sub condicione. ff. de condit. indubit.* Quod procedit inquit Ant. Com. dicto cap. 11. 23. cum ex errore iuris, aut facti soluis, nam si soluisse sciens indebitum esse, nequaquam repetere posses quousque constaret conditionem defecisse; non quia ceteris donasse, sed quia ceteris solutionem debitor contingenter futuri parauerit, deficiente vero conditione optime potes repetere, tanquam datum ob causam non existentem.

In eo autem conueniunt hae debita ad certum, vel incertum diem, vt agenti ante diem obiter exceptio, repellique ad iudicio debeat, & in expensis condemnari absoluto debitor ad iudicij instantia. Quinimo si debitor perat vt tempus solutioni designatum sibi prorogetur, debet in penam delicti a creditore commissi condemnari, vt prorogetur tandem ac superest solutioni praestanda. iuxta §. hodie in diem. de exceptionib. & cap. 1. de plus re in iudicibus. Quod non solum habet verum in debitor ad tempus certum, sed etiam in debitor ad tempus incertum, cum textus concedens iudicium debitori cui ante tempus debitum exigitur generaliter loquatur. Tempus autem quod duplicari debet, est illud tempus quod a petitione vsque ad conditionis existentiam interfuert. Sicuti haec notat Anton. Gomez. d. capite 11. pumer. 25.

PUNCTUM VII.

De contractu sub condicione.

- 1 Quoruplex est conditio.
- 2 Condiciones de presenti, & de praeterito non suspendunt dispositionem.
- 3 Condiciones de futuro impossibiles viciunt contractus inter viuos.
- 4 Apposta vltimis voluntatibus habentur pro non adiectis.
- 5 Condiciones futurae possibiles non cessant firman dispositionem, ac si nulla conditio apposta esset.
- 6 Condiciones futurae possibiles sunt in triplici differentia, contractusque sub his celebratus nullam partem praesentis obligationem.
- 7 Parit tamen obligationem expectandi conditionis euentum quod ius ad heredes transmittitur.
- 8 Haec transmissio non est in dispositione vltima voluntatis.
- 9 Ius exequendi conditionem ad heredes transmittitur in contractibus.
- 10 Dispositio vltima voluntatis sub condicione negatiua praesentis cautione Mutiana exequenda est.
- 11 Affirmant aliqui in contractibus inter viuos praedictam cautionem lo cum habere posse.
- 12 Sed contrarium tenendam est.
- 13 Restrigitur in promisso ad heredes non transmissibili.
- 14 Qua sit causa ob quam in vltimis voluntariis cautio Mutiana admittatur, sed non in contractibus.
- 15 Satisfit rationibus. n. 11. adductis.
- 16 Condiciones in specifica forma exequenda sunt.
- 17 Quando impleri debent condiciones? Et quid si ante dispositionem fuerint implenda?
- 18 Conditio potestaria cui nullum est tempus praesentis facti est in vita institui imperi.
- 19 Condiciones apposta in fauorem tertii si per ipsum steterint quo minus implentur obtinet legatum, & promissum.
- 20 Impleta condicione vltima, & efficacia contractus retrotrahitur ad diem quo contractus celebratus est.
- 21 Aliqui effectus notandi ex hac retrotrahione inducuntur.
- 22 Apposta condicione, & die contractus, vtriusque euentus expectandus est.
- 23 Dies currere debet a tempore verificatae conditionis.
- 24 Satisfit euidam obiectioni.
- 25 Si duo sint successores designati, & vnus reus sit non debet secundus expectare terminum.

Conditio in contractibus est illorum restrictio, & suspensio, ne scilicet effectum habeat nisi ea posita. Vt docuit Glossa in *Aub. ff. de conditionib. apposta* Abba. in *Rub. ibi* iuris. & alij committer. Huius varia sunt genera, nam alie sunt condiciones de presenti, vel de praeterito, aliae de futuro, aliae possibiles, alie impossibiles, alie necessariae, alie contingentes. Et ex his contingentes alie potestariae, alie casuales, alie mixtae.

Aliae denique sunt expressae, aliae tacitae.

Conditioes de presenti, aut de praeterito, conditiones proprie non sunt, quia nec contractum, nec vltimarum voluntatum dispositionem suspendunt. Vt si dicas *promitto tibi centum, si pater meus viuit. si mater mortua est.* Haec namque vi vera sunt, contractum firman, si false irritum reddunt. habetur expressae, *leg. cum in secundo. ff. de iniuris rupo. leg. ad praesens. & segg. ff. si certum petatur. leg. conditio in praeteritum. ff. de verb. obligat. §. conditio in praeteritum. de verb. obligat. & leg. regia. tit. 4. par. 6. & tradunt omnes.*

Conditioes de futuro impossibiles, aliae sunt impossibiles natura, vt est quod filius sit maior patre. Aliae de facto, vt si *caelum digito tergeris.* Aliae de iure sine naturali, sine positio. Vt si *peccatum commiseris, si opera charitatis non exerceas, si consanguineam ducas de quibus leg. 1. & leg. conditioes. ff. de conditionib. instituit. leg. obituit. ff. de conditionib. & demonstrat.* Haec igitur conditiones si contractibus inter viuos apponantur, siue sint contractus bonae fidei, siue stricti iuris, viciant eorum dispositionem, ita vt nec ex illis villa actio, aut obligatio oriatur, neque fideiusor accedere possit. *leg. impossibilium. ff. de regulis iuris. leg. impossibiles. ff. de verb. obligat. leg. si sub impossibili. ff. de fideiusorib. & si impossibilis instituit. de iniur. lib. stipulationib. §. loca etiam. instituit. de verb. obligat. & alij.* & tradunt ibi Doctores, Anton. Gomez. t. 1. var. resolut. cap. 12. n. 66. Eman. Acolta. *leg. cum tate. §. si arbitratu. limit. 2. ff. de condit. & demonstrat. Mol. tract. 2. disp. 206. circa med. & disp. 28. post. rino. Mol. lib. 2. de primogen. cap. 1. a num. 36. & 46.* Item cum omnis contractus suam vim, & efficaciam habeat ex contrahentium voluntario consensu si contrahentes nolunt se obligare nisi ea condicione posita quam poni impossibile est, committitur contractum sub ea condicione factum nullam vim habere.

Notamet dixi si haec condiciones contractibus inter viuos apponantur, nam apposta dispositionibus vltimarum voluntatum non eas viciant eo quod iure sic disponente habentur pro non adiectis. *leg. si quis in a. leg. si quis in instituit. leg. qua sub condicione. ff. de conditionib. instituit. leg. obituit. ff. de condit. & demonstrat. §. si impossibilis instituit. de hered. instituit. & leg. regia. tit. 4. par. 6.* Ob fauorem enim vltimarum voluntatum hae condiciones reiciuntur, nam cum de functione explicare non possit, an ioco, an serio conditionem impossibilem appofuerit expediens fuit eas reicere, & tanquam non adiectas haberi. Et licet Glossa, in *leg. 1. ff. de conditionib. instituit. & ibi Bart. & alij* quos refert & sequitur Mol. iurista lib. 4. de primogen. cap. 12. num. 37. temperent ne procedat doctrina in conditionibus de facto impossibilibus, quia haec non tam impossibiles, quam difficiles censeri debent. Rectius contrarium censuit Gregor. Lopez *leg. fin. tit. 4. par. 4. & leg. 4. tit. 4. par. 6. Eman. Acolta. de select. conditio. lib. 1. cap. 8. num. 9. Mol. tract. 2. de instit. disp. 206. conclus. 1. probatque manifeste leg. si Mevia. ff. de hered. instituit. & leg. si quis in instituit. ff. de condit. instituit. casu quo huiusmodi condiciones impossibiles de facto sunt impossibiles non solum comparatione promittentis, seu promissarii, sed comparatione reliquorum hominum sicuti est illa conditio *si m. nem. autem dederis* quae comparatione generis humani est impossibilis, quam impossibilitatem non habet haec conditio *si certum milium aureos in domo d. doris*, quae esto promissario sit impossibilis non tamen est impossibilis absolute, vt recte notauit Gregor. Lopez. d. leg. fin.*

Conditioes vero futurae possibiles necessariae, vt sunt *si soleras oritur, si Petrus mortuus est,* dispositionem non viciant, sed illam potius firman ac si nulla conditio apposta esset, vt expresse habetur. *leg. si pupillus. §. qui suo conditio. ff. de Nuntiationib. ibi qui sub condicione stipulatur quis omnino exitura est pure videtur stipulari. leg. in illa stipulatione si calendis. ff. de verb. obligationib. §. rodiones instituit. eodem tit. & leg. regia. tit. 4. par. 6.* Solent autem haec non in vi conditionis, sed in vi temporis apponi, quibus promittens vult tempus promissae exequendi definire, vt aduertit Layman. lib. 2. sum. sect. 5. tract. 4. cap. 4. num. 4. qualis est illa conditio *si mortui tibi dabo centum*, ad cuius promissi solutionem dies mortis expectandus est iuxta *leg. quodcumque §. non solum. ff. de verb. obligationib. & leg. quibus. §. quidam Titio. ff. de condit. & demonstrat.* & docuerunt Bart. Alexand. Paul. Immoia, & alij quos refert, & sequitur Ant. Gom. d. cap. 1. num. 38.

Conditioes futurae possibiles contingentes sunt in triplici differentia. Aliae sunt potestariae, aliae casuales, aliae mixtae. Potestariae sic nuncupantur quia sunt in potestate eius cui iniunguntur. Vt manumittere seruum, ascendere capitulum. *leg. suis quoque. §. puer. leg. Cornelius. leg. iam dubitari & alij. ff. de heredib. instituit.* Casuales quia casu accidunt, vt si *nuus ex Asia venerit, si puella nupterit si Titius contractum fecerit. leg. 2. §. si sub condicione. ff. de honorum possessionib. Mixtae quae partim ex fortuna, partim ex voluntate eius cui conditio iniungitur pendentes vt est conditio apposta ex nuptiendi matrimonium cum aliqua persona signata, aliumque contractum celebrare. *dicta leg. suis quoque. & leg. si pater. Cod. de instituit. & subit. ut. Sub qualibet**

